

Sophocles  
Tragedies  
Ato.





I A 97  
4



**BIBLIOTHECA GRÆCA**

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA

ET

COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

**FRIDERICO IACOBS**

ET

**VAL. CHR. FR. ROST.**

A.

**POETARUM**

VOL. IX.

CONTINENS

SOPHOCLIS TRAGOEDIARUM VOL. II.

ED.

EDUARDUS WUNDERUS.

EDITIO TERTIA.

GOTHAE ET ERFORDIAE, MDCCCLVII.

SUMPTIBUS HENNINGS.

(LONDINI D. NUTT 158. FLEET STREET.)

SOPHOCLIS

**TRAGOEDIAE.**

RECENSUIT ET EXPLANAVIT

**EDUARDUS WUNDERUS.**

VOL. II. SECT. II.

CONTINENS

**A I A C E M.**

EDITIO TERTIA.

GOTHAE ET ERFORDIAE, MDCCCLVII.

SUMPTIBUS HENNINGS.

(LONDINI D. NUTT 158. FLEET STREET.)





LIBRARY OF THE  
UNIVERSITY OF CHICAGO

RECEIVED AT EXPLANATION

EDUARDES WUNDERLICH

VOL. II. SECT. II.

CONTENTS

A. I. A. C. H. M.



EDITION TENTH

GOTTFR. VON ZERBORN, NEUCHÂTEL

STREIFENSTRASSE

NO. 1. (LONDON: 1. WEST STREET)

## MONITUM EDITORIS.

---

Visum est titulum integrum hic adscribere eius libri ad quem in commentario saepissime lectores ablegavi, brevitatis causa nomine Cens. significatum: Ueber Christ. Aug. Lobecks neue Ausgabe des Sophokleischen Aias. Eine Recension von Eduard Wunder. Leipzig, bei Carl Heinrich Reclam. 1837. — Contra compendio Add. Cens. significavi libellum illum, qui paulo post eodem anno prodiit apud eundem bibliopolam, ita inscriptum: Anhang zu E. Wunders Recension der neuen Lobeckschen Ausgabe des Soph. Aias. Eine Erwiederung auf Hrn. Lobecks Antwort im zweiten Bande der Paralipomena.

---



MONITUM EDITORIS

Viam est titulum istum sic adhibere non debet  
ad quem in commentario sacrosanctae doctrinae  
pretis causa nomine Cens. sigillatim: Ueber  
Christ. Aug. Lobeck's neue Ausgabe des So-  
phokleischen Aias. Eine Rezension von  
Richard Wunder. Leipzig, bei G. Reclam'sch.  
Verlag. 1857. — Contra compendii A. d. Cens.  
significandi libellum illius qui paulo post eodem anno  
prodit apud eandem bibliothecam, ita asserunt: An-  
hang zu R. Wunder's Rezension der neuen  
Lobeck'schen Ausgabe des Soph. Aias.  
Eine Erwiderung auf Hrn. Lobeck's An-  
wort im zweiten Bande der Parallelen

ΤΑ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ

Α Ι Α Σ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ  
ΤΟΥ  
ΚΑΡΛΟΥ  
ΑΥΓΟΥΣΤΟΥ  
ΤΟΥ  
ΚΑΙΣΕΡΟΣ  
ΕΙΣ  
ΤΟΝ  
ΚΑΡΛΟΝ  
ΑΥΓΟΥΣΤΟΝ  
ΤΟΝ  
ΚΑΙΣΕΡΑ  
ΕΝ  
ΒΕΡΛΙΝΗ  
ΤΟ  
1857



ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΘΗΝΑ.  
ΟΔΥΣΣΕΥΣ.  
ΑΙΑΣ.  
ΧΟΡΟΣ ΣΑΛΑΜΙΝΙΩΝ ΝΑΥΤΩΝ \*).  
ΤΕΚΜΗΣΣΑ.  
ΑΓΓΕΛΟΣ.  
ΤΕΥΚΡΟΣ.  
ΜΕΝΕΛΑΟΣ.  
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ΚΩΦΑ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΕΥΡΥΣΑΚΗΣ.  
ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ.  
ΣΤΡΑΤΟΚΗΡΥΞ.

\*) Scholiasta ad v. 134. haec annotavit: Πιθανῶς ὁ χορὸς λοκεύσασται ἀπὸ Σαλαμινίων ἀνδρῶν, τοῦτο μὲν παρῳραϊζομένων ὡς πλεθίων, τοῦτο δὲ συμπαιθῶς ἔχόντων ὡς πολιτῶν, καὶ ἀδημότως λαλούντων ὡς ὑπηρέων· οὐ γὰρ πιθανὸν ἐξ Ἀχαιῶν εἰσελεῖν καὶ διὰ τὸ μὴ ἀνάχθεσθαι καὶ διὰ τὸ μὴ προσκρούειν τῷ βασιλεῖ· τὸ δὲ τῶν αἰχμαλώτων κηδεμονικὸν μὲν, ὡς Ἀσχύλος ἐν Θρηῖσσις, οὐ μὲν ἐπὶ πρόσωπον· ὅρα γὰρ οἷον αἰχμαλώτους ἐπιτιμᾶν τῷ Μενελάῳ.

FABULA AIACIS,

QUALIS

AB SOPHOCLE AD SCENAM COMPOSITA EST \*).

**A**jax, filius Telamonis, ex ipso Iove originem duxit. Eo enim parente natus erat Aeacus, rex Aeginae, pater Telamonis 1).

\*) Duabus nuper commentationibus, programmatum loco editis Suevofurti a. 1833. et 1834., de Aiace, Telamonis filio, exposuit Franc. Oelschläger. In iis multa invenies alata, quae ego sciens praetermisi. Neque enim ad Sophoclis tragoediam recte intelligendam ea faciunt, quae seriores quidam scriptores saepe satis inficete et inepte, rei exornandae causa finxerunt. Adde longe alio consilio illas scriptas esse commentationes atque a me exposita fabula Aiakis est.

1) Notum est Iovem Aeginam nympham creditum esse ex Phliunte rapuisse et in Oenonam insulam detulisse, postea Aeginam appellatam. Ex ea et Iove natus esse Aeacus perhibetur. Cf. Pindari Isthm. VIII, 45 sqq. Nem. VIII, 10 sqq., ad quem locum cf. Dissen. apud Boeckh. p. 441. Apollodorus III, 12, 6: Αἰγίαν δὲ, inquit, εἰκομιστοῦς ὁ Ζεὺς εἰς τὴν τότε Οἰωῶν λεγομένην νῆσον, τῶν δὲ Αἰγίαν ἀπ' ἐκείνης κληθεῖσαν, μὲννται καὶ τεκνοῖ παῖδα ἐξ αὐτῆς Αἰακόν. — γαμῆ δὲ Αἰακὸς Ἐνδηίδα, τὴν Χείρωνος, ἐξ ἧς αὐτῶν παῖδες ἐγένοντο Πηλεΐς τε καὶ Τελαμών. Adde Diodorum Sic. IV, 72. et Philostephanum apud Schol. Hom. II, π, 14.

Hinc apud Sophoclem Ajax v. 337: ὦ Ζεῦ, inquit, προγόνων προσπάτωρ, et v. 824: ἐκ δὲ τῶνδ' ἐμοὶ οὐ πρότος, καὶ γὰρ εἰκόσ, ἀρκισσορ. Aeacides dicitur Ajax v. 645.



Telamon autem, rex Salaminis <sup>3)</sup>, in matrimonium duxit Eriboeam, ex qua Aiace suscepit <sup>3)</sup>. Idem quum alias res pra-

<sup>2)</sup> Telamon cur aufugere ex Aegina coactus et quomodo rex Salaminis factus sit, narrant Apollodorus III, 2, 6., Diodorus IV, 72., Pausanias II, 29, 7. Adde Philostephanum apud Schol. Hom. II, π, 14. et Schol. Pind. Olymp. VIII, 39. p. 194 ed. Boeckh.

<sup>3)</sup> Sic Sophocles v. 569: *Τελαμώνι δέλει μητρί τ', Ἐρίβοιαν λέγει*. Idem nomen ei tribuitur a Pindaro Isthm. VI, 65. (V, 45 ed. Dissen.), Diodoro IV, 62 extr., Philostephanus apud Schol. Hom. II, π, 14. et Hygino fab. 97.

Contra Periboeam dicunt Xenophon Cyn. I, 9., Apollodorus III, 12, 6 extr., Pausanias I, 42, 4.

Pherecydes videtur Phereboeam dixisse; conf. Huschk. Anal. litt. p. 325. et Lehrs. de Aristarchi stud. Hom. p. 249. Meliboeam, si vera scriptura est, appellavit Ister apud Athenaeum XIII, p. 557. A.

Filiam eam Alcathoi fuisse addunt Xenophon, Apollodorus, Philostephanus, Diodorus, Pausanias locis laudatis. Sophocles ea de re tacet.

<sup>4)</sup> Vide hac de re Pindar. Nem. III, 61 sq. IV, 40. Isthm. VI, 37—45. (V, 27—31. ed. Diss.), Olymp. VIII, 60, ad quem locum conferatur Scholiasta p. 196 ed. Boeckh., Apollodorus II, 6, 4. et Diodorus IV, 32.

Addo hic quae Pindarus narrat Isthm. VI, 51—80. (V, 35—54 ed. Diss.). Hercules quum Telamonem ad expeditionem illam adversus Troiam suscipiendam invitaret, hoc Iovem precatus dicitur, ut filius ei ex Eriboea nasceretur, qui et corpore firmitatem aequaret pellis leoninae, qua cinctus erat, et animo esset fortissimo. Haec precanti Herculi Iuppiter magnam misit aquilam. Quo ostento erectus Hercules Telamoni filium fore quem vellet respondit; cui Telamon ab aquila illa nomen Aiace imposuit. — Ad illum Pindari locum Scholiasta p. 547 ed. Boeckh.: *ἐλλήπεται δέ, inquit, ἐκ τῶν μεγάλων Ἡοιῶν ἢ ἱστορίαι· ἐκεῖ γὰρ εὐρίσκειται ἐπιξενούμιος ὁ Ἡρακλῆς τῷ Τελαμῶνι καὶ ἐμβύλων ἐν τῇ δορῇ καὶ εὐχόμενος, καὶ ὁ δῖος πομπὸς αἰετός, ἀπ' οὗ τὴν προσωνομίαν ἔλαβεν Αἴας*. Minime igitur Scholiasta ea narrat, quae narrata ab eo esse Osannus p. 65. et Oelschlaegerus Comm. I. p. 7. referunt.

Apollodorus III, 12 extr. haec pauca habet: *καὶ ποιησαμένου εὐχῆς Ἡρακλέους, ἐνι αὐτῷ (Telamoni) παῖς ἀθήνη γένηται, φανέντιος δὲ μετὰ τὰς εὐχὰς αἰετοῦ, τὸν γεννηθέντα ἐκάλεσεν (Telamon) Αἴαντα*.

Nil horum Sophocles in fabula Aiace commemoravit, immo nomen Αἴας ab αἰαί derivavit. Cf. v. 430 sqq.

Pindari narrationem manifestum est respicere auctorem argumenti fabulae Aiace, in cuius fine haec leguntur:

*Περὶ δὲ τῆς πλευρᾶς, ὅτι μόνον αὐτὴν τραπήν εἶχεν (ὁ Αἴας), ἰστορεῖ καὶ Πίνδαρος, ὅτι τὸ μὲν σῶμα, ὅπερ ἐκάλυπτεν ἢ τοῦ Ἡρακλέους λεοντῆ, ἄρωτον ἦν, τὸ δὲ μὴ καλυφθέν, ὅπερ ἦν ἢ πλευρά, τραπὸν ἔκεινεν.*

clarissimas gessit, tum Herculem, Laomedontis, regis Troiae, perfidiam ulturum, in occupando Ilio egregie adiuvit <sup>4)</sup>. Itaque

At pessime ille Pindari verba interpretatus est, quae adscripsisse a v. 61. non inutile puto: *εἴ ποτ' ἐμῶν, ὃ Ζεῦ πάτερ, θυμῷ ἰθέλων ἄραν ἀκούσας, νῦν σε, νῦν εὐχῆς ὑπὸ θεοπλοίας ἰσοομαι παιδα θυμοῦν ἐξ Ἐριβοίας ἀνδρὲ τῶδε, ξείνον ἀμὸν μοιράδιον τέλειαι· τὸν μὲν ἀθήνητον φάν, ὡς περ τόδε δέγμα με περιπλανᾷται θηρός, ἐν πάμπρωτον ἄθλων κτεῖνά ποτ' ἐν Νημέῃ· θυμὸς δ' ἐπέσθω*.

Neque dubium mihi videtur, quin quae Scholiasta Hom. II, ψ, 821. narrat ex male intellectu Pindari loco profecta sint. Narrat autem haec: *ἰστορεῖται, ὅτι καὶ ἐκείνον τὸν καιρὸν, καθ' ὃν ἔτιχεν Ἡρακλῆς τῇ τῆσιν Σαλαμῖνι κατὰ τινὰ χρεῖαν προσπλεύσας, Τελαμῶνι ἀρετὴ γενέσθαι τὸν παιδα Αἴαντα, ἐπιστάς οὖν ὁ Ἡρακλῆς καὶ ἀναλαβὼν τὸν παιδα περιβαλλε τῇ λεοντῆ, ἐπ' ᾧ ἠῆξαιτο αὐτὸν γενέσθαι ἀρωτον πλὴν τοῦ ἀχένος· τοῦτο γὰρ ἰδοῦσι τότε κατὰ τέχνην τὸ μέρος μὴ περιβέβλησθαι τῇ λεοντῆ*.

Satis autem inepta tota haec narratio videtur; nam si recens natum puerum Hercules pelle illa, qua cinctus erat, leonis Nemeaei involvisset, profecto totum corpus infantis tectum esset. Similia tamen profert Scholiasta Sophoclis ad Ai. v. 833: *κατὰ τὸ ἄλλο σῶμα ἄρωτος ἦν ὁ Αἴας, κατὰ δὲ τὴν μασχάλην τραπὸς διὰ τὸ τὸν Ἡρακλῆα τῇ λεοντῆ αὐτὸν σκεπάζοντα κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ἀσκέπαστον ἵσθαι διὰ τὸν τραπῆτον, ἐν περιέκτειτο. φησὶ δὲ περὶ αὐτοῦ Αἰσχύλος, ὅτι καὶ τὸ ξίφος ἐκάμπτειτο, οὐδαμῇ ἐνδιδόντος τοῦ χρωτὸς τῇ σφαιρῇ· τόξον ὡς τις ἐντείνων, πρὶν δὲ τις αὐτῷ συμπαροῦσα δαιμόνιον ἴδειν ἐν αὐτῷ, κατὰ ποῖον μέρος διὲ χρήσασθαι τῇ σφαιρῇ, ὃ δὲ Σοφοκλῆς, ἐπιθεῖσθαι μὲν τι ὡς προσηνέρον μὴ βουληθείς, οὐ μὴν παραλείπειν αὐτὸ δοκιμάζων, φιλῶς φησὶ· πλεονὰν ἀναεὶ ῥήξαντα τῶδε φασγάνῳ, κατὰ τι τὴν πλευρὰν μὴ εἰπὼν*.

Facile apparet loqui Scholiastam de Aeschyli tragoedia illa, quae inscripta fuit *Θρήσσι*. In ea enim tragoedia caedem Aiace a nuntio relatum tantum esse idem ille Scholiasta ad v. 815. annotavit: *φθάνει Αἰσχύλος ἐν Θρήσσι τὴν ἀναλρεῖσιν Αἴαντος δι' ἀγγέλου ἀπαγγελίας*. Ex illa nuntii oratione deprompta puta verba illa, quae Scholiasta ad v. 833. attulit. Cum eo consentiunt Eustathius p. 995. et Schol. Ven. ad II, ξ, 402. momentes: *τραπὸς ἦν ὅλον σῶμα καὶ οὐ μόνον τὰ περὶ μασχάλην κατὰ Αἰσχύλον*.

Ex quo conicere licet Aeschylum famam illam secutum esse, ex qua plurima pars corporis Aiace invulnerabilis esse putabatur. Eandem respicere videtur Plato Symp. p. 219. E: *εὐ γὰρ ἦδη, ὅτι χρήμασι τε πολλὰ μάλλον ἄρωτος ἦν παρατρή ἢ σιδήρῳ ὁ Αἴας, ᾧ τε ἤμην αὐτὸν μόνῳ ἀλώσοθαι, διεπεφύγει με*.

Contra neque Homerus neque Pindarus neque Sophocles quicquam de invulnerabili parte quadam corporis Aiace mo-



virtutis praemium accepit Hesionea, filiam Laomedontis, ex qua Teucrum suscepit <sup>5)</sup>).

Ajax, filius Telamonis, quum fuisset inter eos, qui Helenam, filiam Tyndarei, in coniugium sibi dari postularent, sacramento obligatus ad repetendam Helenam, a Paride abductam, adversus Troiam proficisci coactus est <sup>6)</sup>. Profecturus autem quum admonitus a Telamone patre, ne quicquam absque dis susciperet, ita respondisset, ut, quam laudem deorum adiutus ope etiam infirmis-

muerunt. Apud Sophoclem Ajax ipse narrat dirupturum se latera sua esse irruentem in gladium v. 833 sq. Cf. etiam v. 899. et 908. Eodem modo necem sibi intulisse Ajax a Pindaro dictus erat Nem. VII, 38 sqq.: *ὁ καρτερός Αἴας ἔπαζε διὰ φρεσῶν λευρὸν ἕλκος*. Isthm. III, 58 sqq.: *ἴστε μὲν Αἴαντος ἄλλαν φάειον, τὰν δὲ πᾶν ἐν νυκτὶ ταμῶν περὶ ᾧ φασγάνῳ κτλ.* Adde Nem. VIII, 38 sqq.

Videtur autem fama illa, quam secutum esse Aeschylum vidimus, inde orta esse, quod primum Ajax nunquam vulneratus dicebatur ab Homero, deinde quod Hercules in magnis Eois narratus erat petisse a Iove, ut non minus quam pellis leonis Nemeaei, quam gestabat, Aiakis corpus aliquando invulnerabilis esset. Eae preces quum exauditae a Iove esse crederentur, fieri facile potuit, ut, quam partem corporis Herculis texerat pellis illa leonina, preces illas facientis, eadem pars corporis Aiakis invulnerabilis fuisse putaretur.

Ex Homeri II. ψ, 821: *αὐτὸν ἐπ' αὐχένι κῆρε φαινοῦ δονροῦς ἀκωκῆ*, ut hoc addam, colligit Eustathius p. 1331, 31: *ὅτι καθ' Ὁμηρον οὐ τὴν πλευρὰν μόνην τραπέδος ὁ Αἴας, ὡς οἱ μεθ' Ὁμηρον εἶπον, εἶπερ Διομήδης καταδαρῆσει τοῦ αὐχένος*.

<sup>5)</sup> Narrat rem Sophocles v. 434—436. et 1299—1303. Adde Apollodorum II, 6, 4. et III, 12, 7 extr., Diodorum IV, 32. et Schol. Hom. II. θ, 284. Primus irrupisse in moenia Troiae narratur Telamon ab Apollodoro et Diodoro, quorum posterior haec tradit: *ὁ δ' Ἡρακλῆς ἐπιτεφάνωσι Τελαμῶνα ἀριστείοις, δοῖς αὐτῷ τὴν Λαομέδοντος θυγατέρα Ἑσιόνην, οὗτος γὰρ κατὰ τὴν πολιορκίαν πρῶτος βραχάριμος εἰσέπεισεν εἰς τὴν πόλιν, Ἡρακλέους προσβαλόντος κατὰ τὸ καρτερώτατον μέρος τοῦ τείχους τῆς ἀκροπόλεως*.

<sup>6)</sup> Respicit hoc sacramentum Sophocles v. 1113., ad quem locum Scholiasta: *ἀλλ' οὐτεχ' ἕρκων τῶν γὰρ ἀριστείων ἀνελθόντων ἐπὶ τὴν τῆς Ἑλένης μηστιάν, ὁ Τυδάρεως πάντας ἕρκους ἀπῆιτο συναγωνισαῖσθαι τῷ γαμοῦντι αὐτῷ καὶ οὐστρατεύουσιν, εἰ τις ἀρπαγὴ γένοιτο περὶ τὴν Ἑλένην, τῷ γῆματι*. Vide etiam Philoct. 72. ibique Scholiastam. Pluribus rem exposuit Euripides Iph. A. 49 sqq. Adde Apollodorum III, 10, 8. 9.

Idem ille Euripides Iph. A. 289 sqq. consentit cum Homero II. β, 557. duodecim naves Aiacem adversus Troiam duxisse.

simus quisque parere sibi posset, eam sese vel sine dis consecuturum esse affirmaret, insolentia ista quum ceterorum deorum iram sibi concitavit, tum imprimis Minervae, quam eandem in ipso bello Troiano vehementer offendit, quum repudiato, quod ipsi in proelio quodam obtulit, auxilio ceteris eam Achivis opitulari iussit <sup>7)</sup>).

Nihilominus per totum bellum Troianum tanta ille virtute eminuit, ut secundum Achillem praestantissimus omnium ducum esse iudicaretur <sup>8)</sup>. Hinc factum etiam, ut in castris Graecorum,

<sup>7)</sup> Narrat haec solus Sophocles v. 756—777. coll. v. 127—130., nisi quod similia prodidit Scholiasta ad v. 127: *φασὶ τὸν Αἴαντα τρίτον ἡσθερῆναι περὶ τοὺς θεοὺς· πρῶτον μὲν ἐμβαλεῖν τοῦ δόφρον τὴν Ἀθηνᾶν, βουλομένην αὐτῷ συμμαχεῖν· δεύτερον ἀπαλεῖψαι τὴν γλαυκὰ τὴν ἐγγεγραμμένην τῷ ὄπλῳ αὐτοῦ ἐξ Ἰθους πατρῶον· τρίτον ὅτι οὐκ ἐπέσθη τῷ πατρὶ συμβουλεύοντι πείθεσθαι τοῖς θεοῖς*.

Ab Sophocle narrata quae retuli, ea minime pugnare indicanda sunt cum iis, quae idem in prologo fabulae Minervam, finito, quod cum Aiace habuit, colloquio, ad Ulixem dicere facit v. 118 sqq.:

*ὄρῳ, Ὀδυσσεῦ, τὴν θεῶν λαχὴν ὄσῃ;  
τούτου τίς ἂν σοὶ τάνδρὸς ἢ προνοώτερος,  
ἢ δρᾶν ἀμείνων εὐράσθη τὰ κείρια;*

Hic enim duae illae summae imperatorum virtutes tribuuntur Aiaci, consilium et fortitudo, quibus optimo iure instructus etiam is dici potest, qui neglectae adversus deos pietatis arguitur. Vide quae not. 8. notabimus.

Addo hic unum illud impietatis crimen intendi Aiaci v. 763. vocabulo *ἄνους*. Quod quanquam per se non significat impium, sed dementem vel amentem, tamen is quoque optimo iure et dictus est a Graecis *ἄνους* et dici potuit, qui prae nimia virium suarum fiducia impius adversus deos erat. Itaque facile apparet v. 758. legendum esse *ἀνόητα*, id ut idem significet atque v. 763. *ἄνους*. Ineptum enim est quod vulgo scribitur *ἀνόητα*. Idem vocabulum male ante me positum erat v. 1272. De confusione utriusque vocabuli cf. Schaefer. ad Demosth. p. 275, 5.

Ceterum nunquam ab Homero Ajax impietatis accusatus est. Immo apud eundem Iovis ille auxilium implorat II. ρ, 626—650. et Graecos preces facere ad Iovem iubet II. η, 193 sqq.

Contra Ajax Locrus et infensus Minervae et insolens fuisse narratur Od. δ, 499—510.

<sup>8)</sup> Apud Sophoclem monui iam not. 7. Minervam ipsam summi et consilii et fortitudinis laudem Aiaci tribuere. Atque ipse Ajax v. 421 sqq. de se dicit: *οὐκέτι ἄνδρα μὴ τόνδ' ἴδῃ, ἔπος ἔξερω μέγα, οἷον οὐτινα Τρωῶα στρατοῦ δέχθη χθονὸς μολόντι ἀπὸ Ἑλλάδος*. Adde v. 1339 sqq. Neque contra auctoritatem Homeri id factum est, a quo saepius Ajax secundum Achillem fortissimus esse praedicatur. Cf. II. β



quae inter Rhoeteum et Sigeum promontoria posita erant, extremas stationes Aiacis et Achillis naves tenerent <sup>9)</sup>. Ac saepe quidem Ajax solus a Graecis perniciem avertit <sup>10)</sup>.

Idem quum aliis interfuit expeditionibus, quas Graeci, dum Troiam obsidebant, adversus civitates finitimas praedandi causa

768 sq. ρ, 279 sq. Od. λ, 469 sq. 550 sq. ω, 17 sq. et II. η, 288., ubi Hector his verbis alloquitur Aiacem:

*Αἶαν, ἐπεὶ τοὶ δῶκε θεὸς μέγας τε βλήν τε,  
καὶ πικρὴν, περὶ δ' ἔχει Ἀχαιῶν φέρτατός ἴσσι.*

Atque manu quidem non minus quam Achilles fortis fuisse dicitur etiam II. ν, 321 sqq.:

*ἄνδρ' ὃν κ' οὐκ εἴξετε μέγας Τελαμώνιος Αἶας,  
ὃς Θρηϊός τ' εἴη καὶ ἰδοὶ Δημήτριος ἀκτῆν,  
χαλκῷ τε ἄρπτος μεγάλοιαι τε χερμαδίοισιν·  
οὐδ' ἂν Ἀχιλλῆϊ ὀψήτορι χωρήσειεν  
ἐν γ' αὐτοσπιδίῃ ποσὶ δ' οὐπως ἴσταιν ἔρξεν.*

Eandem laudem qui insecti sunt poetae omnes tribuerunt Aiaci, veluti Pindarus, qui quum saepe admirabilem eius virtutem celebrat, tum Nem. VII, 40. dicit eum *κράτιον Ἀχιλλέος ἀπο μάχα*. Pari modo ab Horatio Sat. II, 3, 193. appellatur heros ab Achille secundus.

Illud autem non sine causa quam maxime animadverti volo, a prudentia etiam, quae a Minerva Sophoclea laudatur, Aiacem commendari ab Homero. Diserte eam laudatam legimus ab Hectore II. η, 289., quem locum modo attuli. Non minus hoc pertinent ii loci, in quibus inter eos principes commemoratur, quos in consilium adhibendos Agamemno putavit, ut II. α, 144 sqq. β, 404 sqq. κ, 53 sqq. 103 sqq.

Omnino apud Homerum nullum aut dictum aut factum Aiacis temeritatis arguitur. Quo magis mirum est, quod Alexander dicit Aphr. Probl. I, 16: *Ὁμηρος Ὀδυσσεῖα μὲν φρόνιμον λέγει, Αἶαντα δὲ μωρότερον*.

Ne Menelaus quidem aut Agamemno apud Sophoclem, ubi in invidiam vocant Aiacem, ullo verbo stultitiae eum arguit; quod non omisissent facere, si quisquam Sophoclis aetate eius criminis reum fuisse Aiacem credidisset. Immo nihil in eo reprehendit Menelaus, nisi quod dictis suis obediendum nunquam putarit.

Denique illud monendum hoc loco arbitror, vehementer errare qui Aiacem antiquiore aetate (inde ab Homero usque ad Sophoclem dico) imperitum dicendi vulgo existimatum esse opinantur. Primum enim nihil, ex quo colligi id queat, ab Homero scriptum reperitur, apud quem loquens introducitur Ajax quum alibi, tum imprimis II. ε, 624—642. ο, 502—513. 561—564. 733—741.

Neque recte intellexerunt Pindari verba qui ab eo Aiacem dici rudem dicendi fuisse putarunt. Is Nem. VIII, 39 sqq. haec posuit: *κείνος καὶ Τελαμώνιος δάψεν τῶν φασγάνω ἀμφικύβοιαι, ἢ τιν' ἄγλωσσαν μὲν, ἢ ἴσθ' ἄλκιμον, λάθρα κἀπέχει ἐν λυγρῇ νεύει, μέγιστον δ' ἀλόλῳ ψεύδει γέρας ἀνιέταιαι*. Quorum verborum sensum hunc esse manifestis-

susceperunt, tum eam Phrygiae civitatem depopulatus est, in qua floruit Teletas, vir opulentissimus, cuius filiam, Tecmessam, bello captam postmodo pro uxore habuit <sup>11)</sup>. Ex ea natus est Eurysaces <sup>12)</sup>.

Occiso Achille <sup>13)</sup>, quum arma eius, orta inter Aiacem et

simum est: invidia Aiacem quoque absumpsit fecitque, ut in gladium ille irrueret. Qui quamvis egregia esset virtute, tamen, quod minus facundus erat, in luctuosissima lite causa cecidit, concessaque arma Achillea Ulixi sunt, homini mendaci versutoque. Hic quum *ἄγλωσσαν* oppositum sit verbis *ἀλόλῳ ψεύδει*, quis non videat Ulixi loquacitatem plenam mendaciorum, Aiaci concisam quandam brevitatem tribui, qualis esse eorum solet, qui causae suae iustissimae confisi verbis eam exornandam non putant? Est igitur *ἄγλωσσαν* idem fere atque *οὐ πολύγλωσσαν*, qualem se fuisse ipse Ulixes confitetur apud Sophoclem Phil. 96 sqq.:

*ἰσθλοῦ πατρὸς παῖ, καὶ τὸς ἂν νέος ποτὶ  
γλώσσαν μὲν ἄργον, χεῖρα δ' εἶχον ἐργάτην·  
νῦν δ' εἰς ἔλεγχον εἰῶν ὄρω βροτοῖς  
τὴν γλώσσαν, οὐχὶ τάρχα, πάνθ' ἠγομένην.*

Neque Sophocles postremo talem introduxit Aiacem, qui dicendi rudis fuisset. Addo ne verbo quidem monitum ab eo esse, in armorum iudicio propterea ab Ulixē Aiacem esse superatum, quod facundia minus quam ille valuisset. Immo alia eius rei causa redditur v. 1135.; in quo cum Sophocle consentit Pindarus Nem. VIII, 44 sqq.

Itaque valde dubium est, quo sensu accipienda verba Nestoris sint, quae ex deperdita fabula Sophoclis Plutarchus affert Moral. p. 504. C. (et p. 810. C.): *ὁ μὲν γὰρ Σοφοκλῆος Νέστορ τὸν Αἶαντα τραχητόμενον τῷ λόγῳ προῦτων ἠδικῶς τοῦτο εἶρηκεν· οὐ μέμφομαι σε· δρῶν γὰρ εὐκαπῶς λέγεις*.

<sup>9)</sup> Respicit hic Sophocles v. 3. Cf. Homer. II. θ, 224 sqq. et λ, 6 sqq., Eurip. Iph. A. 288—295.

<sup>10)</sup> Inutile videtur praeclare facta Aiacis, ab Homero praedicata, singula hic commemorare. Summam autem salutem putabatur Graecis attulisse, quum Hectori restitit Graecorum navibus faces iamiam iniecturo. Quae res ab Homero narrata est II. ο, 415 sqq. et a Tencro apud Sophoclem ad probandam singularem Aiacis virtutem prolata v. 1273 sqq.

<sup>11)</sup> Non novimus, quis ante Sophoclem de expeditione illa adversus Teleutantem facta captaque Tecmessa, filia eius, exposuerit. Devastatam ab Aiaee patriam suam conqueritur Tecmessa v. 488 sqq. et 515. Pater fuerat vir opulentissimus, coll. v. 488.; Teletas idem dicitur v. 210. 331. Praedae loco datam eam Aiaci esse commemorat Scholiasta Hom. II. α, 138.

<sup>12)</sup> Eurysacis, Aiacis et Tecmessae filii, mentio iniicitur v. 340. 510 sqq. 530 sqq. 545 sqq. 574 sq. 983 sqq. 1171 sqq.

<sup>13)</sup> In Aiaee fabula nihil a Sophocle proditum de ratione occisi Achillis. Sed idem Philoct. 334 sqq.:



Ulixem contentione <sup>14)</sup>, ab Atridis Ulixi essent adjudicata <sup>15)</sup>, adeo exacerbatus animus Aiace est, ut contumeliam illam ulturus me-

τέθνηκεν, inquit, ἀνδρὸς οὐδενός, θεοῦ δ' ὕπο,  
τοῦτονός, ὡς λῆγοναι, ἐκ Φοῖβου δαμείας,  
secutus dictum Achillis ipsius, qui apud Homerum II. φ. 277.  
matrem sibi vaticinatam esse refert, se Apollinis telis ante  
moenia Troiae perituro esse:

ἢ μ' ἔφατο Τρώων ὑπὸ τείχεϊ θωρηκτῶν  
λαίψηροίς δλίεσθαι Ἀπόλλωνος βελίεσσαν.  
Contra Xanthus, equus, II. τ. 416 sq. hoc praedicat Achilli:  
ἀλλὰ σοὶ αὐτῷ

μόρσιμόν ἐστι θεῶν τε καὶ ἀνέρι ἴφι δαμῆναι.  
Idem canit Hector, addito nomine mortalis illius, a quo occi-  
di Achillem fatale esset, II. χ. 358 sqq.:

φράζο νῦν, μὴ τοί τε θεῶν μήνιμα γένομαι  
ἡματι τῷ, ὅτε κέν σε Πάρις καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων  
ἐσθλὸν ἴοντ' ἄλλωσιν ἐν Σκαίῃσι πύλῃσιν.

Atque hanc quidem famam, qua Achilles a Paride et Apolline perisse dictus erat, secutus est Arctinus, ut cognitum habemus ex Procli Chrestom. p. 479 ed. Gaisf., quem locum not. 14. apponam.

<sup>14)</sup> Ut Ajax potissimum et Ulixes de armis Achilleis contenderent, eius rei haec fuit causa, quod ambo maximam operam dederant, ne corpus Achillis in manus hostium perveniret. Qua in re uter maiorem praestitisset operam, nullo verbo in Aiace fabula Sophocles indicavit, ne illud quidem monens, in defendendo corpore illius studium posuisse Aiacem et Ulixem. In Philoct. 372 sq. tamen facit Ulixem in ficta, id quod bene notandum, oratione Neoptolemi haec dicere:

καὶ, παῖ, δεδώκασ' ἐνδίκως οὔτοι τάδε·  
ἰγὼ γὰρ αὐτ' ἴωσα κείνῳ παρών.

Quo ex loco qui colligat Sophoclem aliam esse famam secutum atque illam, cuius auctor est Arctinus in Aethiopide, valde erraverit, Arctinum autem Proclus Chrestom. p. 479 ed. Gaisf. haec memoriae prodidisse refert:

τρεψάμενος δ' Ἀχιλλεύς τοὺς Τρῶας καὶ εἰς τὴν ἑξήστων  
ὑπὸ Πάριδος ἀναιρείται καὶ Ἀπόλλωνος, καὶ περὶ τοῦ πτώ-  
ματος γενομένης ἰσχυρᾶς μάχης Ἄιας ἀνελόμενος ἐπὶ τὰς ναῦς  
κομίζει, Ὀδυσσεὺς ἀπομαχόμενον τοῖς Τρῶσιν. Cf. Schol.  
Aristoph. Eqq. 1065., quem locum not. 15. adscripsi.

Atque hanc quidem iam Homeri aetate famam vulgarem fuisse satis intelligitur ex Od. ε. 308 sqq., ubi haec loquitur Ulixes:  
ὡς δὴ ἔγωγ' ὄφελον θανάειν καὶ πάτμον ἐπισπεῖν  
ἡματι τῷ, ὅτε μοι πλείστοι χαλκήρεα δοῦρα  
Τρῶες ἐπέθονον περὶ Πηλεῖον θανάοντι.

Pindarus non id agens, ut, quid Ajax, quid Ulixes in tuendo corpore Achillis fecisset, diligenter explicaret, tantum haec scripsit Nem. VIII, 49 sqq.: ἢ μὲν ἀνιμίαι γε δάοισιν ἐν  
θεσμῷ χροὶ ἔκτα ἤϊεν πολεμιζόμενοι ὅπ' ἀλεξιμυθῶν λόγγυ,  
τὰ μὲν ἄμφ' Ἀχιλεὶ νεοκτόνῳ, ἄλλων τε μύχθων ἐν πολυθρό-  
νοις ἀμείρας.

dia nocte et Atridas et Ulixem occidere pararet. Verum quum in eo esset, ut in tabernacula eorum irrueret, immissa a Minerva

Apud Ovidium, seriores scriptores secutum, Metam. XIII, 284. Ulixes, his, inquit, humeris, his, inquam, humeris ego corpus Achillis et simul arma tuli.

<sup>15)</sup> Servato corpore Achillis profligatisque hostibus, qui eripere id conabantur, primum inter sese Aiacem et Ulixem nullo adhibito arbitro de armis illius disceptasse videri potest Arctinus narrasse, ex quo assertit Proclus Chrestom. p. 479 ed. Gaisf.: καὶ περὶ τῶν Ἀχιλλεύς ὄπλων Ὀδυσσεὶ καὶ Ἄιατι στάσις ἐμπέπει. Non novi tamen, qui hoc diserte memoriae prodiderit. Immo vulgo statim constituti esse iudices dicuntur, qui decernerent, utri arma essent adjudicanda. Qui fuerint autem iudices illi, in ea re veteres scriptores a se dissentiant.

Homerus Ulixem haec facit dicere Od. λ. 543 sqq.:

οἴη δ' Ἄιατος ψυχὴ Τελαμωνιάδαο  
νόσφιν ἀφειστήκει, κεχλωμένη ἔνεκα νίκης,  
τὴν μιν ἐγὼ νίκησα δικάζομενος παρὰ νηυσὶ  
τεύχεσιν ἄμφ' Ἀχιλλῆος· ἔθρηκε δὲ πότνια μήτηρ·  
παῖδες δὲ Τρώων δίκασαν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη.  
ὡς δὴ μὴ ὄφελον νικᾶν τοῦδ' ἐπ' ἀέθλω·  
τοίην γὰρ νεκρῆν ἔνεκ' αὐτῶν γαῖα κατέσχευε,  
Ἄιασθ', ὅς περὶ μὲν εἶδος, πέρι δ' ἔργα τέτυκτο  
τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλεῖωνα.

Verum iam Aristarchus v. 547. παῖδες — Ἀθήνη ab Homero profectum esse negavit, uncisque inclusit nostra aetate Wolfius. Videtur tamen etiam Sophocles famam illam, ex qua Minervae certe opera arma Achillea Ulixi adjudicata putabantur, respicere v. 926 sq. ed. meae.

Proclus Chrestom. p. 481 ed. Gaisf. in Leschis Iliade parva haec esse narrata refert: ἢ τῶν ὄπλων κρείται γίνεσθαι, καὶ Ὀδυσσεὺς κατὰ βούλησιν Ἀθήνας λαμβάνει.

Pluribus refert, quid a Lesche narratum sit, Scholiasta Aristoph. Eqq. 1065: ἢ ἱστορία τοῦτον τὸν τρόπον ἔχει, ὅτι διεφέροντο περὶ τῶν ἀριστέων ὃ τε Ἄιας καὶ ὃ Ὀδυσσεὺς, ὡς φησὶν ὃ τὴν μικρὰν Πιάδα πεποικώς, τὸν Νέστορα δὲ συμβουλεύσασιν τοῖς Ἑλλήσι πέμψαι τινὰς ἐξ αὐτῶν ὑπὸ τὰ τείχη τῶν Τρῶων, ὡτακοσιτήσοντας περὶ τῆς ἀνδρείας τῶν προειρημένων ἡρώων. τοὺς δὲ πεμφθέντας ἀκούσασιν παρθέτων διαφερομένων πρὸς ἀλλήλους. ὦν τὴν μὲν λέγειν, ὃ Ἄιας πολὺ κρείττων ἐστὶ τοῦ Ὀδυσσεὺς, διερχομένην οὕτως:

Ἄιας μὲν γὰρ ἀέρεε καὶ ἔκφερεε δημοτῆτος  
ἢ ῥω Πηλεῖδην, οὐδ' ἢ θελεε δίκας Ὀδυσσεὺς.  
τὴν δ' ἐτίραν ἀντιπεῖν Ἀθήνας προοίη·  
πῶς ἐπεφωνήσω; πῶς οὐ κατὰ κόσμον ζεῖπες  
ψεύδους;

Pindarus Nem. VIII, 45. Danaos ait iudices fuisse, scribens: κρυφίαισι γὰρ ἐν ψήφοις Ὀδυσσῆ Δαναοὶ θεράπευσαν, χροστῶν δ' Ἄιας στερηθεῖς ὄπλων φόνῳ πύλαισιν.

Soph. Trag. Vol. II. Sect. II.



insania <sup>16</sup>), greges publicos Graecorum ferro petivit, petitosque, tanquam duces Graecorum, omnes partim una cum pastoribus ingulavit, partim vinctos in tabernaculum abduxit, longis ibi cruciatibus perempturus <sup>17</sup>).

Mox tamen vindicta ista sumpta ad sanam mentem rediit. Quo facto quum vidisset non hominum, quos ulturus erat, sed

Sophocles, qui iudices fuissent, narrare omisit, quamvis sint qui existiment Atridas ab eo dictos esse iudices fuisse. Atqui Atridas tantum exercuisse iudicium dicit, ut apparere ex iis locis videtur, in quibus iudicii illius mentio iniicitur. Facta autem mentio est tantum tribus his locis, v. 449. 1135 sqq. 1243.

Neque de ea re Sophocles aut Aiace[m] aut Ulixem exponere fecit, cur sibi quisque arma adjudicanda esse putaret, nisi quod Ajax iniquissimum fuisse iudicium illud conqueritur v. 441 sqq. Qua in re consentit cum Sophocle Pindarus Nem. VII, 31 sqq. VIII, 39 sqq. Isthm. III, 56 sq. aliisque plurimi scriptores.

<sup>16</sup>) Narrat haec Sophocles v. 40—65. 447—453. 1055—1061. Praeiverat autem Lesches, ex cuius Iliade parva Proclus Chrest. p. 481 ed. Gaisf. haec attulit: ἡ τῶν ὀπλῶν κρίσις γίνεται, καὶ Ὀδυσσεὺς κατὰ βουλήν Ἀθηναῖς λαμβάνει. Αἶας δὲ ἐμμανῆς γενόμενος τὴν τε λείαν τῶν Ἀχαιῶν λυμάλνεται καὶ ἰαντῶν ἀναίρει.

A Minerva tamen immissam esse Aiace[m] insaniam num Lesche auctore Sophocles narraverit, ignoramus. Verum accommodatissime narratum hoc a Sophocle esse nemo non intelliget. Perpetua enim adiutrix Ulixis quum Minerva esse putaretur, summa cum probabilitate ea dea Aiace[m], quum exitum moliretur Ulixi, insania affectum in greges immittere fingebatur. Accedit, quod ipsa Aiace[m] insolentiam experta erat. Vide quae not. 7. exposuimus.

A Pindaro tamen neque de insania neque de gregum occisione quicquam proditum iis in locis, in quibus de armorum iudicio et de interitu Aiace[m] loquitur.

Dubitari etiam potest, num Arctinus de pecudum occisione narraverit, siquidem ex iis, quae secundum Eustathium p. 859, 44. de Machaone scripsit:

ὅς ἦν καὶ Αἴαντος πρῶτος μάθε χωμένοιο  
 ἔμματα τ' ἀστράπτοντι βαρυνόμενον τε νόημα,  
 cum Lobeckio p. 208 ed. sec. coniecturam facere licet, Machaonem primum furoris indicium in medio Graecorum consensu deprehendisse, quum arma Aiace[m] abiudicata essent.

Alii contra memoriae prodiderunt Aiace[m] insania correptum in Troianos impetum fecisse, veluti M. Tullius Tuscul. IV, 23. haec scribens: Semper Ajax fortis, fortissimus tamen in furore: nam facinus fecit maximum, quum Danaeis inclinantibus summam rem perfecit, manu restituit praclium insanians. Quam famam respicere Lobeckio Sophocles videtur, Aiace[m] v. 466 sqq. haec dicere faciens:

pecudum imbellium caedem se fecisse, susceptae ignominiae pudore fractus neque Tecmessae neque sociorum, quos ex Salamine adversus Troiam duxerat, obtestationibus deterreri potuit, quin necem sibi ipse inferret <sup>18</sup>). Itaque procul ab iis in gladium irruit, ab Hectore olim dono acceptum <sup>19</sup>).

Cadaver eius quanquam Menelaus et Agamemno, ut de mor-

ἀλλὰ δὲ γ' ἰὼν  
 πρὸς ἔργμα Τρώων, ἐμπεσὼν μόνος μόνους,  
 καὶ θρῶν τι χρηστόν, εἶτα λολοθῖον θάνω;  
<sup>17</sup>) Cf. Sophocles v. 51—65. 94—115. 296—300.  
<sup>18</sup>) Cf. Sophocles v. 305—330. 360 sq. 390 sq. 421 sq. 457 sq. 470 sq. 550—577.

<sup>19</sup>) Cf. Sophocles v. 815—865. Fuit autem communis totius antiquitatis opinio Aiace[m] post armorum Achilleorum iudicium mortem properasse. Neque enim dubium, quin hoc ipsum significaverit Homerus Od. λ, 549. scribens: τοῖν γὰρ κεφαλὴν ἔνεκ' αὐτῶν (armorum Achillis) γαῖα κατέχευε, Αἴαντι κτλ. Idem narratum a Cyclis poetis et Lyricis (cf. Pind. Nem. VII, 35 sqq. VIII, 39 sqq. Isthm. III, 56 sqq.) est, quos secuti sunt poetae tragici.

Addo hic quae auctor argumenti fabulae Sophocleae sub finem prodidit:

περὶ δὲ τοῦ θανάτου τοῦ Αἴαντος διαφορῶς ἱστορήκουσι. οἱ μὲν γὰρ φασιν, ὅτι ὑπὸ Πάριδος τροφεὺς ἦλθεν εἰς τὰς νῆας αἰμοσύσων, οἱ δὲ, ὅτι χρησμός ἐδόθη Τρωσὶ πηλὸν κατ' αὐτοῦ βαλεῖν· οὐδὲ γὰρ οὐκ ἦν τροφός (cf. not. 4.)· καὶ οὕτω τελευτᾷ· οἱ δὲ, ὅτι αὐτόχειρ αὐτοῦ γέγονεν, ὧν ἔστι καὶ Σοφοκλῆς.

Ad quae verba Lobeckius p. 355 ed. sec. haec annotavit: „Aliter haec tradit Eustathius p. 995. 6., quum dieit eum ἀποσιωπόμενον τὸν πηλὸν δύο ποιῆσαι κολωνούς. Hinc intelligitur in Sophronis testimonio apud Demetrium Phal. c. 147: θᾶσαι ὄσα φύλλη καὶ κέρρα τοῖ παιδὸς τοῦ ἀνδρὸς βαλλίζοντι, οἷον περὶ γὰρ φιλάτης Τρώας τὸν Αἴαντα τῷ πατρὶ, multum errasse qui pro τῷ πατρὶ substituerunt ἑσπάλω, (quos secutus est Blomfieldius in fragm. 27.) [τῷ πατρὶ edidit ex coniectura Goellerus, quem vide p. 127.]. Paridis sagitta Aiace[m] perisse tradidit Anticleides ad Lyc. 464., quocum consentit Dares p. 189.; ac fuisse etiam, qui Ulixem huius facinoris reum agerent, apparet ex Ciceronis verbis de Invent. 1, 8: quid factum sit, potest quaeri hoc modo, occideritne Aiace[m] Ulixes; quod e Tragicorum fabulis depromptum esse testatum facit Quintilianus IV, 2. 13: ut in tragoediis quum Teucer Ulixem reum facit Aiace[m] occisi, dicens inventum eum in solitudine iuxta exanime corpus inimici cum gladio cruento. Suidas s. Παλλάδιον auctor est orta inter utrumque de Palladio lite Aiace[m] noctu interemptum, Ulixem in suspicionem caedis vocatum esse.“

Denique ea quoque fama percrebuit, in Teucrum culpam interempti Aiace[m] a Telamone coniectam esse. Ita Scho-



tuo Aiace poenas meditatae caedis exigerent, canibus vulturibusque obliici iusserant, tamen a Teucro, vehementer pro sepultura adversus duces illos pugnante, quum causam eius Ulixes etiam suscepisset, extremi honores mortuo solvuntur <sup>20</sup>).

## ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΑΙΑΝΤΟΣ.

Τὸ δράμα τῆς Τρωϊκῆς ἐστὶ πραγματείας, ὡς περ οἱ *ΑΝΤΗΝΟΡΙΑΔΑΙ*, καὶ *ΑΙΧΜΑΛΩΤΙΑΕΣ*, καὶ *ΕΛΕΝΗΣ ΑΡΙΠΑΓΗ*, καὶ *ΜΕΜΝΩΝ*<sup>1)</sup>. πεπτωκότος γὰρ ἐν τῇ μάχῃ τοῦ Ἀχιλλέως, ἐδόξουν Ἄιας τε καὶ Ὀδυσσεύς ἐπ' αὐτῷ πλέον τι ἀριστεύειν περὶ τὴν τοῦ σώμα-

liasta Pindari ad Nem. IV, 76: ὁ γὰρ Τεῦχος ἔλθων μετὰ τὴν ἄλωσιν Ἴλιου ἐς Σαλαμίνα, καὶ ὑπονοηθεὶς δῆδ τοῦ Τελαμῶνος, ὡς αἰτίος γεγονῶς τοῦ φόνου τῷ Ἄιατι, φυγῶν ἔπιπτε τὴν Κύπρον καὶ ἔσχεν αὐτῆς τὴν ἀρχήν. Eodem pertinent quae Pausanias I, 28, 12. narrat: Τεῦχρον πρῶτον λόγος ἔχει Τελαμῶνι οὕτως ἀπολογησῶσαι, μηδὲν ἐς τὸν Ἄϊαντος θάνατον ἐργάσαι.

Itaque apud Sophoclem Teucer post caedem Aiaceis praedicat fore, ut reversus in patriam a Telamone patre et in suspicionem fratris occisi vocetur et ex patria eiciatur v. 1008—1021.

<sup>20</sup>) Cf. Sophocles inde a v. 1049. usque ad finem fabulae. In his quoque veterem aliquam famam Sophocles secutus videtur. Narraverat enim Lesches secundum Eustathium p. 285, 38. μηδὲ κινδῆσαι ἀνήθως τὸν Ἄϊαντα, τεθῆναι δὲ οὕτως ἐν σορῷ διὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ βασιλείου.

Sepultus autem Ajax narratur esse — Lobeckii verba sunt p. 377 ed. sec. — in litore Rhoeteo a Quinto Cal. V. 654. apposita posthac statua; quam quum abstulisset Antonius, Rhoeteensibus ultro reddidit Caesar Augustus secundum Strabonem XIII, 890. C. et Eustathium p. 666, 52., ubi pessime Ἀγατος scribitur pro Ἀύγουστος vel Σεβαστός. Idemque Eustathius p. 313, 30. Aiaceis μῆμα καὶ ἱερὸν in Rhoeteo memorat. Sed iam prius inferias ei attulit Alexander secundum Diodorum XVII, 7., virtutem viri admiratus ab ipsis dis testatam, quorum voluntate factum est, ut Achillis arma Ulixi naufrago erepta tempestate ad Aiaceis tumulum deferrentur (cf. Phot. Bibl. C. CXC. 249. et Epigr. Ἀδέσπορ. 304.) et ex ipsius sanguine flos pullularet lugubris, quem Euphorio apud Eustathium I. I. et Scholiasta Theocr. XX, 28. (vide Meinek. p. 89.) multique praeterea alii celebrarunt; sed de genere plantae discrepant; vide Linnaei Spec. Plant. p. 718.

<sup>1)</sup> In codice Regio E Brunckius monet non *Μέμνων*, sed *Ἀγαμέμνων* scriptum exstare.

τος κομιδὴν· καὶ κρινομένων περὶ τῶν ὄπλων, κρατεῖ Ὀδυσσεύς. ὅθεν ὁ Ἄιας, τῆς κρίσεως μὴ τυχόν, παρακεκίνηται<sup>2)</sup> καὶ διέφθαρται τὴν γνώμην, ὥστε ἐξαπτόμενος τῶν ποιμνίων δοκεῖν τοὺς Ἕλληνας διαχορήσασθαι<sup>3)</sup>. καὶ τὰ μὲν ἀνεῖλε τῶν τετραπόδων, τὰ δὲ δήσας ἀπάγει ἐπὶ τὴν σπηρὴν· ἐν οἷς ἐστὶ καὶ κριός τις ἔξοχος, ὃν φετο εἶναι Ὀδυσσεῖα, ὃν δήσας ἐμαστιγώσεν, ὅθεν καὶ τῇ ἐπιγραφῇ πρόςκειται ὁ ΜΑΣΤΙΓΟΦΟΡΟΣ, ἢ πρὸς ἀντιδιαστολήν τοῦ ΔΟΚΡΟΥ. Δικαίωχος δὲ Αἰάντος ΘΑΝΑΤΟΝ ἐπιγράφει. ἐν δὲ ταῖς διδασκαλίαις ψιλῶς Αἰας ἀναγράφεται.

Ταῦτα μὲν οὖν πράττει ὁ Ἄιας· καταλαμβάνει δὲ Ἀθηνᾶ Ὀδυσσεῖα ἐπὶ τῆς σπηρῆς διοπτρεύοντα, τί ποτε ἄρα πράττει ὁ Ἄιας, καὶ δηλοῖ αὐτῷ τὰ προεθῆντα, καὶ προκαλεῖται εἰς τὸ ἐμφανῆς τὸν Ἄϊαντα ἐπιμνησθῆναι καὶ ἐπικομπάζοντα, ὡς τῶν ἐχθρῶν ἀνηρημένων. καὶ ὁ μὲν εἰσέρχεται ἐπὶ τῷ μαστιγῶν τὸν Ὀδυσσεῖα. παραγίνεται δὲ Χορὸς Σαλαμίνιον ναυτῶν, εἰδὼς μὲν τὸ γεγονός, ὅτι ποιμνία ἐσφάγησαν Ἕλληνικά, ἀγνοῶν δὲ τὸν δρασαντα. ἔξεισι δὲ καὶ Τεκμησσοῦ, τοῦ Ἄϊαντος αἰχμάλωτος παλλακίς, εἰδῆ μὲν τὸν σφαγέα τῶν ποιμνίων, ὅτι Ἄιας ἐστίν, ἀγνοῦσα δὲ, τίος εἶεν τὰ ποιμνία. ἐκάτερος οὖν παρ' ἐκατέρου μαθόντες τὸ ἀγνοούμενον, ὁ Χορὸς μὲν παρὰ Τεκμησσοῦ, ὅτι ὁ Ἄιας ταῦτα ἔδρασε, Τεκμησσοῦ δὲ παρὰ τοῦ Χοροῦ, ὅτι Ἕλληνικά τὰ σφαγέντα ποιμνία, ἀπολογύρονται· καὶ μάλιστα ὁ Χορὸς, ὅθεν δὴ ὁ Ἄιας προελθὼν, ἐμφρων γενόμενος, ἑαυτὸν ἀπολογύσεται. καὶ τοῦτον ἡ Τεκμησσοῦ δεῖται πείσασθαι τῆς ὀργῆς· ὁ δὲ ὑποκρινόμενος πεπαῦσθαι, ἔξεισι καθαρσίων ἐνεκεν, καὶ ἑαυτὸν διαχορήσεται. εἰσι δὲ καὶ ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ δράματος λόγοι τινὲς Τεῦχρον πρὸς Μενέλειον καὶ πρὸς Ἀγαμέμνονα<sup>4)</sup>, οὐκ ἔωντας θάπτειν τὸ σῶμα. τὸ δὲ πέρας, θάψας αὐτὸν Τεῦχος ἀπολογύρεται. παρίσθησι δὲ ὁ λόγος τῆς τραγωδίας, ὅτι ἐξ ὀργῆς καὶ φι-

<sup>2)</sup> παρακεκίνηται idem esse atque διέφθαρται τὴν γνώμην docuit Schaeferus, coll. Suida T. III, p. 32., ubi eadem iunguntur, Excerptis ex Diodoro Sic. T. II, p. 565, 20. et Luciano T. III, p. 131.

<sup>3)</sup> Pro διαχορήσασθαι codd. aliquot Brunckiani, item Ien., Dresd. n. διαχειρῶσθαι. Sic infra Dresd. n. διαχειρῶσθαι pro διαχορήσεται.

<sup>4)</sup> Μενέλειον καὶ πρὸς Ἀγαμέμνονα, οὐκ ἔωντας rescripsi ex Dresd. a. Et ita iam Turn., Steph. et Canterus. Vulgo Μενέλειον, οὐκ ἔωντα.



λονεικίας οἱ ἄνθρωποι ἤκοιεν<sup>5)</sup> ἐπὶ τὰ τοιαῦτα νοσήματα, ὡς περὶ ὁ Αἴας προσδοκήσας ἐγκρατῆς εἶναι τῶν ὀπλων, καὶ ἀποτυχῶν, ἔγνω ἑαυτὸν ἀνελεῖν. αἱ δὲ τοιαῦται φιλονεικίαι<sup>6)</sup> οὐκ εἰσὶν ἐπιφελεῖς οὐδὲ τοῖς δοκοῦσι νεικηκεῖναι. ὅρα γὰρ καὶ παρ' Ὀμήρῳ τὰ περὶ τῆς ἥττης τοῦ Αἰάντος παννυχίου βραχέων καὶ περιπαθῶς (Ὀδυσσ. λ., 542.)·

οἷη δ' Αἰάντος ψυχῇ Τελαμωνιάδαο  
νόσφιν ἀφειστήκει κεχολωμένη εἴνεκα τευχέων.  
εἶτα αὐτοῦ ἄκουε τοῦ κεκρατηκότος (547.)·

ὡς δὴ μὴ ὄφελον νικᾶν τοιῶδ' ἐπ' ἀέθλω.  
οὐκ ἔλυσαι τέλησεν ἄρα αὐτῷ ἡ νίκη, τοιούτου ἀνδρός  
διὰ τὴν ἥτταν ἀποθανόντος.

Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ἐν τῷ ναυστάθμῳ πρὸς τῇ σκηνῇ τοῦ Αἰάντος. δαιμονίως δὲ εἰσφέρει προλογίζουσαν τὴν Ἀθηναίαν. ἀπίθανον γὰρ τὸν Αἰάντα προῖοντα εἰπεῖν περὶ τῶν αὐτῷ πεπραγμένων, ὡς περὶ ἐξελέγχοντα ἑαυτόν· οὐδὲ μὴν ἕτερός τις ἠπίστατο τὰ τοιαῦτα, ἐν ἀποφύτῳ καὶ νυκτὸς τοῦ Αἰάντος δράσαντος. Θεοῦ οὖν ἦν τὸ ταῦτα διασαφῆσαι, καὶ Ἀθηναίαν προκηδομένης τοῦ Ὀδυσσεύς, διὸ φησί·

καὶ πάλα φύλαξ ἔβην  
τῇ σῆ πρόθυμος εἰς ὁδὸν κνηνιάα.

Περὶ δὲ τοῦ θανάτου τοῦ Αἰάντος διαφόρως ἱστορήσασιν<sup>7)</sup>. οἱ μὲν γὰρ φασιν, ὅτι ὑπὸ Παρίδος τρωθεῖς ἦλθεν εἰς τὰς ναῦς αἰμοφόρων· οἱ δὲ, ὅτι χρησμός ἐδόθη Τρωσὶ πηλὸν κατ' αὐτοῦ βαλεῖν· σιδήρῳ γὰρ οὐκ ἦν τρωτός<sup>8)</sup>· καὶ οὕτω τελευτᾷ· οἱ δὲ, ὅτι αὐτόχειρ αὐτοῦ γέγονεν, ὃν ἐστὶ καὶ Σοφοκλῆς, περὶ δὲ τῆς πλευρᾶς, ὅτι μόνην αὐτὴν τρωτὴν εἶχεν, ἱστορεῖ καὶ Πίνδαρος, ὅτι τὸ μὲν σῶμα, ὅπερ ἐκάλυπτεν ἢ τοῦ Ἡρακλέους λεοντῆ, ἀτρωτον ἦν, τὸ δὲ μὴ καλυφθέν, ὅπερ ἦν ἡ πλευρὰ, τρωτὸν ἔμεινε<sup>9)</sup>.

<sup>5)</sup> Recte monet Hermannus displicere optativum. Ienensis habet ἐμπύκτουσιν οἱ ἄνθρωποι. Dresd. a. (et ita Turn. Steph. Cant.) ὅτι ἐξ ἀργῆς καὶ λίπης ἀκρας οἱ ἄνθρωποι εἰς μανίαν περιτρέπονται, ὃ δὴ καὶ Αἴας πέπονθε, τῶν Ἀχιλλείων ὀπλων ἀποτυχῶν. Neque aliter Mosq. a., nisi quod ὃ δὴ καὶ ὁ Αἴας πέπονθῶς, τῶν Ἀχιλλείων ὀπλων ἀποτυχῶν, ἑαυτὸν ἀνείκεν habet.

<sup>6)</sup> φιλονεικίαι ex Mosq. a. cum Hermanno recepi pro νίκαι.

<sup>7)</sup> Vide quae in fabula Aiakis not. 19. exposuimus.

<sup>8)</sup> Cf. fabulam Aiakis not. 4.

<sup>9)</sup> ὅπερ ἐκάλυπτεν — ἔμεινε. Sic ego ex Dresd. a. et Mosq. a. rescripsi. Neque aliter Turn. Steph. et Canterus. Ceteri ita hunc locum scriptum exhibent: ὅπερ ἐκάλυπτεν ἢ λεοντῆ, ἀτρωτον ἦν· τὸ δὲ μὴ καλυφθέν τρωτὸν ἔμεινε. De re ipsa vide quae in fab. Aiakis not. 4. exposui.

## Α Ι Α Σ.

## ΑΘΗΝΑ.

Αἰ μὲν, ὦ παῖ Λαοτίου, δίδορκα σε  
πεῖραν τιν' ἐχθρῶν ἀρπάσαι θηρώμενον.

V. 1 — 133. Aguntur haec postridie eius diei, quo arma Achillea Atridae Ulixi adiudicaverunt, primoque mane post eam noctem, in qua greges publici Graecorum una cum pastoribus occisi sunt. Cuius caedis auctor quum Ajax esse argueretur, Ulixes sua sponte, ut rei veritatem aperiret, vestigia eius inde ab eo loco, in quo a speculatore cum gladio cruento conspectus erat, usque ad tentorium eius persecutus ab ipsa Minerva cetera, quae exploratum ivit, edocetur, Aiacem et in tentorio esse et caedem, cuius insimuletur, perpetrasset. Quod facinus quo tandem consilio commiserit, ab Ulixes interrogata, Aiace, quum propter denegata sibi arma Achillea summa ira percitus noctu et aemulum suum, Ulixem, et iudices iam in eo esset ut interficeret, insania immissa a sese in greges illos publicos compulsus esse refert, ita ut eos, ratus duces se istos Graecorum occidere, partim iugularit, partim victos ad acerbiorum vindictam in tentorium suum abduxerit. Quo morbo affectus ut ab ipso Ulixes, quamvis renuente ac trepidante, cernatur

Ajax, e tentorio a Minerva evocatur, Ulixis conspiciendi facultate privatus. Egressus ille et insaniae etiamtum plenus ubi Minervae, tanquam deae adiutrici, pro praestito auxilio gratias egit, magna cum iactatione quum alios multos Graecorum tum imprimis Atridas se occidisse, ab Ulixes autem etiam gravius supplicium sumpturum esse ait. Ad quem cruciandum, frustra deprecante dea, quum in tentorium revertisset, Minerva illius exemplo, quanta deorum vel in fortissimos prudentissimosque homines potentia sit, monet Ulixemque, de mortalium fragilitate et infirmitate confidentem, ab irreverentia deorum et insolentia dehortatur. — His expositis nolo, id quod lectores ipsi facile perspicient, quam admirabili arte compositus hic prologus sit, declarare.

V. 1 sq. ἀεὶ μὲν κτλ.] Adverte Ulixem, quum Minerva, ex machina spectata, loqui orditur, ante tentorium Aiakis versari, introspicere iamiam, intusne sit, paratum. — De forma nominis Λαοτίου sive Λαοτίου ad Phil. 87 ed. meae monitum est.

Ibid. δίδορκα σε — θη-



καὶ νῦν ἐπὶ σκηναῖς σε ναυτικάς ὄρω  
Αἴαντος, ἐνθα τάξιν ἐσχάτην ἔχει,

- 5 πάλαι κυνηγετοῦντα καὶ μετρούμενον  
ἔχνη τὰ κείνου νσοχάραχθ', ὅπως ἴδης,  
εἰτ' ἐνδον, εἰτ' οὐκ ἐνδον. εὐ δέ σ' ἐκφέρει  
κυνὸς Λακαίνης ὡς τις εὐρινος βάσις.  
ἐνδον γὰρ ἀνήρ ἄρτι τυγχάνει, κάρα  
10 στάζων ἰδρωτί καὶ χέρας ξιφοκτόνους.  
καὶ σ' οὐδὲν εἶσω τῆσδε παπταίνειν πύλης

V. 9. Libri ἀνήρ.

ρώμενον] Structura haec est: δέδορκα σε θηρώμενον ἀρπάσαι πείραν τινα ἐχθρῶν, ita ut accusativus πείραν non ex verbo θηρώμενον, sed ex ἀρπάσαι aptus sit. Iungitur autem θηρᾶν et θηρᾶσθαι non solum cum accusativo substantivi, sed etiam cum infinitivo, veluti Eur. Hel. 62: παῖς ὁ τοῦ τεθνηκότος θηρᾶ γμειν με., ibid. 553: ὅς με θηρᾶται λαβεῖν. Deinde πείραν τινα ἐχθρῶν ἀρπάσαι significat: struere et moliri ea, quae ad capiendos hostes faciunt. Quo sensu ne quis πείραν τινα ἐχθρῶν λαβεῖν dici debuisse obiciat, tenendum est Ulixem hic non tam cum venatore quam cum cane venatico comparari, quem aptissime id, quod homines λαμβάνειν dicantur, ἀρπάζειν dici nemo non intelliget. Confer de ista quam dixi comparatione v. 6: μετρούμενον ἔχνη τὰ κείνου νσοχ., et 7 sq.: εὐ δέ σ' ἐκφέρει κύνος Λακαίνης ὡς τις εὐρινος βάσις. — De aliorum explicationibus vide quae in Cens. p. 2—7. et in Add. Cens. p. 6—10. exposui.

V. 3. καὶ νῦν] Respondent hae particulae illis ἀεὶ μὲν, hoc sensu: ut semper — ita nunc quoque. Exempla similia attulit Zeunius ad Vig. p. 537. — Tum verba ἐπὶ σκηναῖς — ἔχει ita videntur explicanda esse: ἐπὶ σκηναῖς ναυτικάς, ἐνθα sive ἐν

αἷς Αἴας οὐκ, τάξιν ἐσχάτην ἔχων. De re vide fab. Aiac. not. 9.

V. 5. κυνηγετοῦντα] Quid sit hoc, ἐπὶ σκηναῖς ναυτικάς Αἴαντος κυνηγετεῖν, explicat ipse poeta v. 18 sqq.

V. 7 sq. εὐ δέ — βάσις] Ordo est: εὐ δέ σε ἐκφέρει βάσις ὡς εὐρινός τις βάσις κύνος Λακαίνης, opportune autem te huc perducit gressu sustuus, ceu sagax gressus canis Laecaenae. De ἐκφέρει confer O. C. 98: ἐξήγαγ' εἰς τόδ' ἄλλος. Platon. Phaed. p. 66. B: κύνεινός τις ἀνθρώπος τις ἡμᾶς ἐκφέρει μετὰ τοῦ λόγου ἐν τῇ σκῆπυ. De nomine βάσις semel posito, quod bis debebat poni, vide ad Phil. 512 ed. meae; de τῆς pronomine cum adiectivo εὐρινος iuncto Passov. L. Gr. v. τῆς n. 4., de locutione εὐρινος βάσις κύνος Lobeck. ad h. l. et nos ad Phil. 1101. Imitatus est Libanius Ecphr. T. IV. p. 1065: εὐρινὸν βάσις τὸ λανθάνον ἀνεχνεόντες. Ety. M. εὐρινος βάσις ἢ εὐόσφρητος πορτα.

V. 8. κύνος Λακαίνης] De canibus Laconicis, qui proprie venatici erant, sed etiam a pastoribus adhibebantur, confertur iubet Bothius Aristoteli Hist. An. VIII, 28., ubi ex vulpe et cane generari dicuntur, et IX, I. (coll. VI, 20.), Oppian. Cyneg. I, 371. ibique

ἐτ' ἔργον ἐστίν, ἐννέπειν δ', ὅτου χάριν  
σπουδὴν ἔθου τήνδ', ὡς παρ' εἰδυίας μάθης.

### ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

- ὦ φθέγμ' Ἀθάνας, φιλιτάτης ἐμοὶ θεῶν,  
15 ὡς εὐμαθῆς σου, κἂν ἀποπτος ᾖς, ὅμως  
φώνημ' ἀκούω καὶ ξυναρπάζω φρενί,  
χαλκοστόμου κώδωνος ὡς Τυρσηρικῆς.

Rittershus., Plin. H. N. non uno loco, et interpp. ad Virg. Ge. III, 405., Horat. Epod. VI, 5. Ceterum illud vix opus est moneri, Graecos nihil in eo offensionis esse iudicasse, si quem hominem sagacem cum cane comparabant. Cf. Aeschyl. Ag. 1093: εἰκεν εἶδον ἢ ξένη κύνος διαρῆ εἶκαι, ibid. 1184 sq.: καὶ μαρτυρεῖτε συνδρομῶς ἔχνος κακῶν ἰνηλατοῦση τῶν πάλαι πεπραγμένων. Platon. de legg. II, p. 654. D: ταῦτ' ἄρα μετὰ τοῦθ' ἡμῖν αὐ καθάπερ κύνων ἔχνεοῦσας διερευνητίον.

V. 9. ἐνδον — τυγχάνει] In brevius contraxit orationem, hoc dicens: intus enim homo est, modo ingressus. De τυγχάνειν sine participio posito cf. El. 46. 313. et Lobeck. ad Phryn. p. 277.

V. 9 sq. κάρα στάζων ἰδρωτί κτλ.] De locutione κάρα στάζων ἰδρωτί monitum ad Phil. 7. — Ad verba seqq., καὶ χέρας ξιφοκτόνους, solum verbum στάζων omisso nomine ἰδρωτί referendum, ita ut, quod res ipsa docet, στάζων χέρας ξιφ. sit: cuius manus sanguine stillant. De nomine ξιφοκτόνους addit Musgravius: Exstat Eur. Hel. 361. Suidas: ξιφοκτονεῖ· ξίφρον ἀναρεῖ. Eadem analogia formantur λιμοκτονεῖα, λιμοκτονεῖν, λιθοκτονεῖα.

V. 11 sqq. Schol.: καὶ σ' οὐδὲν εἶσω· οὐκ ἀναγκαῖον

τὸ πολυπραγματεῖν ἐπεὶ, εἰ ἐνδον ἐστὶν Αἴας. ἐνδον γάρ· ἀλλὰ λέγειν, διὰ τὴν σπουδὴν ταύτην ἔθου, ἵνα παρ' ἑμοῦ μάθης τὰ ἀγροοῦμένα σοι. De locutione οὐδὲν ἔργον ἐστὶν vide huius fab. 852., Aristoph. Lysistr. 424: ἀλλ' οὐδὲν ἔργον ἐστάναι., El. 1353 sq. cum annotatione mea. De locutione σπουδὴν τίθεσθαι dixi ad O. C. 462.

V. 14. ὦ φθέγμ' Ἀθάνας] Vide ad O. C. 860 ed. meae; de forma Ἀθάνας confer quos iam Neuius adscripsit Valek. ad Phoen. II., Pors. ad Or. 26., Lobeck. ad Phryn. p. 428.

V. 14 sqq. Schol.: ὦ φθέγμ' Ἀθάνας· καὶ τοῦτο ἄριστα πεποίηται· φθέγμα γὰρ εἶπεν, ὡς μὴ θειοσάμενος αὐτὴν δῆλον γὰρ, ὡς οὐκ εἶδεν αὐτὴν, ἐκ τοῦ κἂν ἀποπτος ᾖς ὁμοῦς, τότεστιν ἀόρατος. Τῆς δὲ φωνῆς μόνης αὐθάνεται, ὡς ἐθαδός αὐτῷ οὐσης· ἐπὶ μόντοι ἐπὶ τῆς σκηρῆς ἢ Ἀθηναῖ· δεῖ γὰρ τοῦτο χαρτεσθαι τῷ θεατῇ· προθεραπεῖται δὲ τὸν θεῖον ὁ Ὀδυσσεὺς καὶ οὕτω λέγει τὰ Αἴαντος. Quam ego interpretationem olim cum Brunckio probavi et contra eos, qui ἀποπτος interpretantur πόρρωθεν ὀρωμένη, in Cens. p. 7 sqq. et in Add. Cens. p. 10 sqq. defendere studui.

V. 16. Schol.: ξυναρπάζω· δέξωσ συνήμι καὶ ἀντιλαμβάνομαι.

V. 17. κώδωνος] Tintinna-



- καὶ νῦν ἐπέγνωσ' εὐ μ' ἐπ' ἀνδρὶ δυσμενεῖ  
 βᾶσιν κυκλοῦντ', Αἴαντι τῷ σακεσφόρῳ.  
 20 κείνον γάρ, οὐδέν' ἄλλον, ἰχνεύω πάλαι.  
 νυκτὸς γὰρ ἡμᾶς τῆσδε πρῶτος ἄσκοπον  
 ἔχει περάνας, εἴπερ εἰργασται τάδε·  
 ἴσμεν γὰρ οὐδέν' τρανές, ἀλλ' ἀλώμεθα.  
 καὶ γὰρ ὁ θελοῦντ' ἔπειθ' ὑπέζυγην πόνο·  
 25 ἐρφαρμένας γὰρ ἀρτίως εὐρίσκομεν  
 λείας ἀπάσας καὶ κατηναρισμένας  
 ἐκ χειρὸς αὐτοῖς ποιμνίων ἐπιστάταις.  
 τήνδ' οὖν ἐκείνῳ πᾶς τις αἰτίαν νέμει.  
 καὶ μοι τις ὀπτῆρ' αὐτὸν εἰσιδὼν μόνον  
 30 πηδῶντα πεδία σὺν νεορῶντῳ ξίφει  
 φράζει τε κἀδήλωσεν· εὐθέως δ' ἔγω

V. 40. χειρὶ scripsi ex coniectura Ruhnkenii, Ep. Crit. I, 33. proposita. Libri χεῖρα, quod cur scribi a Sophocle non po-

bulo, κῶδων dicto, nullus hic quidem locus. Verum ita tubae quoque partem latiore vocatam esse testis est praeter Scholiastam Pollux L. II. c. 4. §. 203. et Athenaeus L. IV. extremo. Hinc tuba ipsa per synecdochen κῶδων audit. MUSG. Adde Lobeck. ad h. locum. De Tyrhenica tuba vide Valck. ad Schol. Eur. Phoen. 1386. p. 766. et Porson. ad Phoen. 1392., de forma Τυρσηνικῆς Pors. ad Hec. 8. — Adiectivum χαλκοστόμου recte iam Scholiasta explicavit δειφωνοτάτης. Vide ad O. C. 1043.

V. 19. βᾶσιν κυκλοῦντ'] Pluribus poeta hic explicat id quod v. 5. posuit κυνηγετοῦντα. Utrumque autem quo sensu accipiendum sit, optime apparet ex Platon. de Rep. p. 432. B. sq.: οὐκοῦν νῦν δὴ ἡμᾶς δεῖ ὡς περὶ κυνηγίας τινὰς θάμνον κύκλω περιίστασθαι προσέχοντίας τὸν νοῦν, μὴ πη διαφύγη ἢ δικαιοσύνη καὶ ἀραιοσύνη ἀδῆλος γένηται. Sed legenda

cetera etiam a Platone ibi scripta, ad intelligendam huius loci rationem maxime accommodata. Ibid. Schol.: σακεσφόρῳ, οὐχ ἀπλῶς ὀπλοφόρῳ, ἀλλὰ καὶ ἐσοχῆν. Ὁμηρὸς (II. η., 219.) Αἴας δ' ἔγγυθεν ἦλθε, φέρον δάκος ἢ ὕτε πύργον. Ovid. Metam. XIII, 2: surgit ad hoc clipei dominus septemplex Aias, ad quem locum vide interpretes.

V. 21. ἄσκοπον] Vide Schol. ad v. 40. et quae ad El. 848. annotata sunt. Illud facile apparet, εἰργασται active dictum esse.

V. 23. Schol.: ἀλώμεθα· τῷ τῷ πλανώμεθα. Photius: τρανές τὸ σαφές οἱ τραγικοὶ λέγουσιν.

V. 27. ἐκ χειρὸς] Recte Neuius interpretatur non casu aliquo prostratus, i. e. violenter. Sic explicat v. 409: χειρὶ φορέσει et 1069: χειρὶν παρεθύνοντες. Vulgo explicant cominus. De dativo αὐτοῖς ἐπιστάταις vide Matth.

- κατ' ἴχνος ἄσσω, καὶ τὰ μὲν σημαίνομαι,  
 τὰ δ' ἐκπέπληγμαὶ κοῦκ ἔχω μαθεῖν ὄτου.  
 καιρὸν δ' ἐφήκεις· πάντα γὰρ τὰ τ' οὖν πάρος  
 35 τὰ τ' εἰσέπειτα σῆ κυβερνώμαι χειρὶ.

ΑΘΗΝΑ.

ἐγνωσ', Ὀδυσσεῦ, καὶ πάλαι φύλαξ ἔβην  
 τῇ σῇ πρόθυμος εἰς ὁδὸν κυνηγία.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἦ καί, φίλη δέσποινα, πρὸς καιρὸν ποινῶ;

ΑΘΗΝΑ.

ὡς ἔστιν ἀνδρὸς τοῦδε τάργα ταῦτά σοι.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

- 40 καὶ πρὸς τί δυσλόγιστον ὦδ ἦξεν χειρὶ;

tuisse iudicem, in Cens. p. 12 sqq. exposui.

